*Joas*, rex Samariæ; filius Ioachazis; contra Ioſephi Flavii hiſtorici aſſertionem, impius, 209. bellô tamen ſtrenuus, atque felix. ibid. Ejus victoria; Amaſiæ, regi Iudæo, extorta. 209. & 210. In ſua tamen impietate nihiloſecius perſeverat: ac perit. 210.

IONATHAS *Machabæus*, Iudæ

Iudæ fratri, ab hostibus occiso, succedit, in Iudææ magistratu supremo. 1861. Aliquandiu cum suis in arcto rerum statu versatur, cis, & trans, Iordanẽ. 1861. & 1862. & 1864 & 1865. & 1868. Fratrem suum, Ioannem, mittit ad Arabas Nabathæos. 1862. quem, à Madabæis-Iambræis interceptum, ac cæsum, 1863. ipse, cum suis, disturbatione nuptialis pompæ cruẽtâ, ulciscitur. 1864 Die Sabbatino infestantem se, Bacchidem, vicissim armîs aggreditur: nec improsperîs. 1865. In Iordanem se, cum suis, jaciens, eúmque trajiciens; Bacchidem, ejúsque copias, provocat ad confligendum secum. 1866. sed frustrà; quia sequi non ausos. ibid. Bethbessem, munitionem, occupat; interfectîs priùs quinquaginta insidiatorib⁹, in caput ipsius à Bacchide conductis. 1869. Oppugnatus Bethbessæ, in castra Bacchidis, de nocte, animosè irrumpit. 1870. cúmque fratre suo Simone stragem Syrorum edit, haud aspernandam; 1871. Populum Israëliticum in oppido Machmis (relictîs tantisper Ierosolymîs) moderatur. 1873. Ierosolymam, à Machmis, redit, 1876. eámque, pro viribus, instaurat. ibid. ac Præfectos Syriacos, hac ratione, perterrefacit. ibidem. ídque Demetrii Sotéris regis ex cõcessione: quam necessitas huic expresserat. 1877. à quo tamen Ionathas, eodem tempore recedens, 1877. partes amplectitur Alexádri Balæi, 1878. quem ideircò tantò magìs, impensiúsque, rex Demetrius

Soter, ſuis in partibus retinere, laborat, 1878. unde & promiſſa, ſupra fidem omnem ingentia, Ionathæ obtrudit, ibid. & 1879. Sed, quæ locum apud eum non inveniunt. 1879. Ionathæ conſtans, erga Alexandrum Balæum, amicitia, ne quidem alterîs, & longè cumulatioribus, Demetrii promiſsîs, inclinatur, aut imminuitur. 1879.

*Jonathas Machabæus*, ab Alexandro Balæo, Syriæ rege, evocatus, ad nuptias ipſius cohoneſtándas, 1880. ab Iudæis apoſtatis fruſtra accuſatur, ibid. & à rege Alexandro glorioſior revertitur. 1881. Ab Apollonio, duce Syro, & jactabundô, provocatus ad prælium, 1884. non detrectat pugnã, 1885. & 1886. tandémque victor diſcedit. 1887. & in Æde Dagónis multos hoſtium incendió delet. 1888. ob quæ, ſimiliáque, facta plura, ſplendidè donatur, tum aliîs donîs, tum urbe Accaróne; ab Alexandro Balæo, rege. 1889.

*Jonathas* Mach. interpellatus à Demetrio Nicánore, rege Syriæ, de ſubſidiis, ſibi mittendîs, 1898. acquieſcit: & Antiochiam mittit militiæ ſuæ florem. ibid. qui Antiochenorum inauditam antehac cædem, & interneçionem, edunt. 1899. & 1900. glorioséque Ieroſolymam revertũtur, 1900. & 1901. Ionathę quoque inſtinctu, Deo ſe gratos exhibent. 1901. Provocatus deinde à Tryphone, & Antiocho puero, Ionathas, ad ſocietatem belli adversùs Demetrium Nicanorẽ, Iudæis ingratiſſimum, 1905. & 1906. acquieſcit: eiſque loca diverſa ſub-

subjicit. 1907. Adversùs copias Demetrianorũ, ipse, & Simon, frater ejus, strenuè rem gerunt. 1908. & 1909. Inter quæ certamina, defertus aliquando, pæne solus, 1909. invocato tamen Numine, prælium restituit. ibid. & 1910. ac vincit. 1911.

*Jonathas*, post hæc, Romá, ac Spartam, legatos mittit. 1910. & 1911. incertum tamẽ, utrúmnam id Deo per omnia approbante. 1911. & 1912. A Demetrianis, bellicô Jon. strategemate bellè deluditur, 1912. pro quibus proinde hostibus, alios sibi sumit plectendos. 1913. Ædificationibus animum adjungit. 1913. Retunditur autem opus ædificationum ejus, ab expeditione bellicà Tryphonis, adversùs Jonatham. 1914. cui tamen confestim, fortitérque, Jonathas occurrit. 1915. sed, à Tryphone mendacissimè decept9, 1915. ac vafrè circumventus, 1916. Ptolemaidem deducitur; pæne nudatus exercitu. 1917. ibíque datur in custodiá, 1917. quem statim pro mortuo luget aliquamdiu Judæa. 1918. eique, licèt adhuc viventi, Simon succedit, frarer ejus. 1918. Reliqua de eo, ejúsque interitu, vide V. Tryphon, & V. Simon &c. infrà.

*Joppe*, urbs Philistina, pacem turbans Judæorum cum Syris. 1803. multósque admodum Judęos, fraude perfidâ, submergens. 1804, ingenti propterea clade plectitur ab Juda Machabæo. 1804. sicut & urbs, ei vicina, Jamnía: quę non dísparem meditabatur perfidiam. 1804.

*Joramus*, Achábi filius; Ochoziæ fratri, in regno

Iſraëlis, ſuccedit. 175. Hic Idololatriam, ex parte, tollit; ex parte verò retinet. ibid. Adversùs Meſam, regem Moabitarum, rebellem, ſuſcipit expeditionem; belli ſociis, rege Ioſaphato, regéq; Idumæo. 175. & 176. Ejus expeditionis univerſa ſeries fusè narratur. à pagina 176 uſque 184. inclusivè. Ioramus idé, Deo, & Eliſæo prophetę, pro variis beneficiîs, variè eſt ingratus. 185. & 186. Ingentem de Syris reportat victoriam. 187. & prædam maximam, occaſione admirandâ. 188. Eliſæo propheiæ fieri propenſior incipit. 188. nec tamen melior. 189. A Deo relictus igitur, ex occaſione trāſversâ perit. 189. & morte quidem utrâq;. 190.

*Joſephi* ab Arimathæa, integritas animi, ac luſtitia. 2656. & 2657.

*Iſmael-Sophi*, nominis iſtius Perſarum rex primus; quibúſnam gradibus ad regnum conſcéderit, 1042. & 1043. Is Rubri Pilei ſectam, adversùs Turcarum cœruleum, ardenter admodum urget, ac propágat. 1043. moritúrq;, multis poſteritati ſuæ relictîs poſt ſe regnis. 1044. Ejus poſteri Perſidem hodiéque regunt. 1045. Eorum porrò poſterorum nomina, ſeriéſque, proferuntur. 1044. & 1045. Iſmaël iſte, non fuit rigidè Mahometanus, circa vini, porcinęque, uſum. 1096. Reliqua vide infrà, vocabulîs, *Perſæ*, ac *Perſus*.

*Iſogaus*, Perſarum regis Artaxerxę Longimani, filius legitimus; à fratre ſpurio regni aditu dejicitur. 1067. & 1068.

ISRAELIS regnum, omnium primò à regno *Judæ*, & quare, ſeparari cœptum

78

78 Cur *Israëlitici* potiùs, quàm alium quempiam Regni titulum, sibi assûpserit? 78. Quàm diu regnum istud durârit. 97. & 255. Quæ, & quot, causſæ fuerint Ruinę illius regni. ibid. & 98.

*Israëlitarum* Vitulini cultûs diversô tempore quænam origines fuerint. 108. & 109. Num Israëlitarum in templo Simulacra, quędam animalium proposita fuerint, adorationis ergô? 116, & 117. Quàm ingens Israëlitarum multitudo, sub Ieroboamo I. à Deo, Salutéque, recesserit. 128. & 130. 131. & 132. Aliquammulti tamen Idololatriam, vel omnino fugerunt; vel, jam inchoatam, denuò rejecerunt. 128. & 129. Israëlitarum, diversîs temporibus interfectorum, multitudo. 130. Davidis tempore, quot Israëlitarum millia cęsa sint. 131. Quàm multa, quámq; scelesta, deliquerint Israëlitæ, à Ieroboami I. temporibus. 133. 134. & 135. Ideóque tandem, ab Assyriorum rege, diversas in Septentrionis regiones abducti captivi, dispersguntur. 220. A Salmanásare nominatim, Assyriô rege, diversissimas in regiones dissipantur. 231. usque 233. incluſ. etiam in regionę Colchorum. 232. & in Tartariam. ibid. & 233. in Moscoviam quoque. 233. immò & in Americam. ibid. & 234. Israëlitarum dispersio, pulveris instar, ad Quatuor cœli ventos. 234. Iis succedunt, in regnum Samariæ translati, populi alii, cumprimis impii. 235. qui reliquias Israëlitarum, moribus suis, & superstitionibus, infectas, quàm plu-

plurimùm depravant. ibidem. & ex seipsis hominum scelestissimorũ emittunt examina, ibid. & 236. Suâmet culpâ, tandem à Deo funditus evertuntur. 238. Quàm olim lascivè se gesserint in nemoribus, lucîs, ac montibus suis frondosis, Israëlitæ; sacrificiis superstitiosis operantes, 244. idque Syrorum, & Græcorum idololatrarum, imitatione. 245. Israëlitarum quot Reges fuerint, à Ieroboamo I. 246. & quótnam eorum, morte violentâ sint è vivis rapti. 246. &c. Israëlitarum tres fuêre diversę captivitates, Ante Christi tempora. 275. De Israëlitis, dispersîs in Gozan, quid tradat Beniamin? Iudæus, in Itinerario suo. 278. Israëliticorum Regum, & Annorum cujusq; in regno, chronotaxis ordinata. 281. 282. Eorum dominandi spatium temporis, comparatum cum Regibus Iudęæ, & regibus Romanis, 283. Cur adeò promptè, in terras exteras, ac longinquas, à tyrannis Orientalibus abduci solerent Israëlitæ. 440.

*Juba*, rex Numido-Maurorum. 2687. & 2974. Ejus, & copiarum illius, certamina, cum Ca. Curione. à pag. 2687. usque ad 2695. Odii ipsius, adversùs Curionem, caussa. 2695. A C. Jul. Cæsare, Juba rex, ob interfectum Curionẽ, absens afficitur ignominiâ. 2696. A Pompejanis autem, è diverso, laudibus, & honore. ibid. Jubæ Dux, Saburras. 2690. & alibi sæpius. usque ad 2694. incluſ. Jubæ regis præda Venatica. 2695.

*Judæorum* magna multitudo, Concionatoris cujuſ.

juſdam imprudentî zelo cauſsâ cędi præbente, interfecta. 280. nec minor tamen multitudo diverſimodè conſervata. 281. Ptolemæo Philopátori, Ægyptiorum regi, inviſi Iudæi ſunt; propter ipſius, è Sancto-Sanctorum, excluſionem. 1485. Hinc ab illo variè divexantur. à pag. 1486. & elephãtis, conculcandi, objiciuntur. 1487. à qua tamen ipſi barbarie divinitus liberantur. 1488. & 1489. dimiſsíque à rege Philopátore, Iudæos apoſtatas interficiunt. 1490. Judęi, gens inquieta ſunt, & regnorum gentiúmque perturbatrix. 1564. A Seleuco tamen Nicanore, Syriæ rege, civitate paſſim donantur. p. 1798. Unde &, adhuc tempore Chriſti, Antiochię Synagogas habebant. ibid. Die Sabbati, Judęi mille circiter, in antro quòpiam concremantur, indefenſi; crudelitate Syrorum. 1774.

JVDAS MACHABÆVS, patris ſui Mathathiæ ſucceſſor, in Judææ, tam Principatu, quàm Pontificatu. 1775. Ejus fortiſſima facinora, adverſùs Duces Antiochi Epiphanis, & Antiochi Eupátoris, filii ejus, enarrantur à pag. 1775. uſque 1788. Templum Ieroſolymitanũ repurgat à Sordibus Idololatricis. 1780. Idumæos debellat. 1781. & alias quaſdam gentes, Idolorum veneratrices. 1782. & 1783. ſicut & populos, trans Jordanem colentes. 1784. & 1785. ut & urbes quaſdá barbarorũ primarias. 1785. quarũ è numero, Ephrónem totam vaſtat. 1786. cujus in exſcidio crudelíſne cenſendus fuerit. 1787. ſicut &, in alios

lios quoſdam Idololatrarum populos, & urbes. 1788. Barbaros in locis turritis expugnat, ac perdit. 1792, & 1793. Contra Timotheum, Ducem Syrum, pugnaturus, ſupplicationibus, & ciliciô, teſſerâq; militari, valde religiosâ, ſe præmunit, 1793. & 1794 ſecus, quàm hodie Duces multi ſoleant. 1794. In prælio Timotheáno, adjuvatur ab Angelis. 1795. ingentî conſternatione, cladéque, Syrorum. 1796. Iudas Timotheum, è prælio refugienté Gazeram, illic obſidet. *ibidem*. Eundémque, cum multis, ibidem interficit. 1797. Rurſus juvatur ab Angelis, in pugna contra Lyſiam. 1799. Cum Lyſia, ultro petente pacem, pacificatur. 1801. & 1802. quæ pax tamen à Ducibus quibuſdam Idololatris violatur. 1803. & ab urbe Ioppe. ibidem. Eâ cauſsâ Iudas, Ioppen, & Iamniam, ut crudeles, ac fœdifragas, urbes, grandibus afficit malîs. 1804. & 1805. Cum Arabibus, magno numero ſibi obviîs, pugnat; victor. 1805. quibus, eo nomine, ſtipendia quoque imponit. 1806. & Caſpin oppidum, *in Iudæos* maledicum, incendiô, ac ſanguine, undique exundante è cædibus, complet. 1806.

*Judas* idem *Machabæus*, cum alio Timotheo, grandem exercitum ducente, 1807. & 1808. confligit feliciter, adjutore Angelô. 1809. hoſtiúmque multa millia delet in campis: partém autem eorum, in delubro Idololatrarum. 1810. Idem autem, & adversùs Gorgiam Ducem proſperè prælia-

tur.

tur. 1810. Pro militibus, in peccato interfectis, offerri Sacrificium, & eleemosynam, mandat. 1811. & 1812. Arcem, ac munitionem, montis Sionis, incipit oppugnare, graves ob causas. 1813. &c. Eo nomine, accusatur apud Antiochum Eupátoré, Syriæ regem; duce accusationis eiꝰ Menelão. 1814 & 1815. Quocirca rex maximum movet in Iudæam exercitum. 1815. & 1816. Judâ se ad pugnam cõparante, præsidiis valde religiosis. 1816. Nostu Judas regis in castra irrumpens, magnũ ei terrorem, nec parvam cladẽ, infert. 1817. &2134. Copias regis, astu prudenti, dissociat: montis Sionis oppugnatione repentinâ, sub idem tempus repetitâ. 1821. Suos quoque, in castello Bethsurâ, annonâ advectitiâ juvat; donec à Rhódoco quodam proditore impediri cœpit. 1812. Ipse verò Ierosolymis, & in templo maximè, graviter ab Antiocho Eupátore premitur. 1822. A Nicanore variè, frequentérque, appetitus insidiis, à pag. 1839. usque ad pag. 1846. inclus. & ab Alcimo rursus, ac jam tertiùm, accusatus apud regem, 1843. & 1844, jubetur à Nicanore, mandatô regis, vel interfici, vel capi. 1844. A Nicanore tamen, & ad necem frustra, & ad vincula, quæritur. 1845. & 1846. Cum Nicanore demum manum conserit; haud sinè notabili copiarum illius clade. 1847. Milites suos, enarratione somnii, divinitus immissi, vehementer, ad prælium capessendum, incendit. 1850. & 1851. in qua

nar-

narratione, de Sanctis, Onia, & Ieremia, recenſet, memoratu digna. 1851, ac, poſt hæc, pugnam cùm Nicanore cõmittit. 1851. & 1852. Deíque invocatione, & Angelorum ope, comite, glorioſiſſimá reportat ex hoſte victoriam. 1852. & 1853. Poſt quam victoriam, Nicanoris cadaver, per membra præcipua, tractari lacerarique pro meritis jubet. 1854.

*Judas* Legatos Romam mittit, fœderis, ac Societatis jungendæ cauſsâ. 1855. Poſt hæc, cum Bacchide commiſſurus, pavorem, immitti ſibi cœptum, corrigit virtute mentis. 1857. fortitérque adversùs eum dimicans. 1858. in ipſo tamen illo conflictu cadit; Iudææ magnô luctu. 1859. Pontificatûs autem, ac Principatûs ſui, ſucceſſorem à morte accipit Ionatham, fratrem ſuum. 1861. Iudæ Machabæi frater, Eleazarus, Saurę filius dicitur, 2135.

*Judicia*, Romæ à Senatoribus ad Equites translata. 2543.

*Judith*, Viduà Sancta, quo tempore vixerit, 234. Ejus, & Holofernis, hiſtoria, in compendio. à pagina 718. uſque ad 725.

*Jugurtha*, Numidiæ tyrannus, proditus, & captus, à ſocero ſuo, 2262. miſerandâ morte Romæ conſumitur. 2263. & 2949. nec tamen, vel tam atrocî, vel tam maturâ, ac meritus fuiſſet. 2476. Ejus filius, Oxyntas dictus. ibid. & 2477.

*Julia*, Ca. Iulii Cæſaris filia; cur tam impésè Cn. Pompejum Magnum, maritum ſuum, dilexerit. 2876.

JULIANI *Apoſtatæ* odium, & con-

& convitia, in Galilæos. 91.92.93. Ejusdem in Christum impia vox, jam morituri. 92. De eodem Iuliano, ex occasione Galileæ descriptę, nonnulla, extra ordinem ac tempus Chronologię Ruinarum, titulo Auctorum inseruntur. à pag. 250. usque 253 inclusivè. Appellat Christianos; Impietatis Sectam. 250. Item; Atheos, ibid. Ejus scriptum, quod inscribitur Misopógon, convitiatur passim Christianis, non aliô, quàm Galilæorum, nomine. 251. Reprehêdit Antiochenos, quòd uxoribus suis permittant liberalitatem erga Christianos. 251. In S. Athanasium, Patriarchâ Alexandrinum, acerbior est; quàm in alios. & cur? 251. Suggillat tempora Constantini Magni. ibid. Christianam pueritiam, cum Magistris suis, prohibet usu lectionéque librorum gentilium Auctorum. 252. Idem tamen valde affectat, copiosam Episcopi Ariani interfecti bibliothecam, res Christianas tractâtem. 252. Edessæ spoliat Ecclesiâ Christianorũ. 252. Sarcasticè ludit in Christi axioma, de Paupertate, ac Regno Cœlorum. 253. Exempli sui pravitate, etiam Indos inficit, in agnominandis Christianis vocabulô Galilæorum. ibid. &c.

*Justinus*, historicus, circa Philippi Macedonis gestorũ enarrationem, notatus ab auctore. 1195. & 1196.

---

L.

*Labarum*. V. *Signa* militaria.

*Labienus* (Titus) à Cæsare deficit ad Pompejum. 2622. Pompejanorum tamen gaudio.

quàm commodô, majore. 2623, Cæsare interim offensionem suî dissimulante. 2624. Labienus Cæsaris copias, apud Pompejanos, plus æquo extenuat. 2623, eâque re, languidiores eos efficit: ut & Appius fecerat. ibid. & 2624. Oppidum, à Labieno exstructum, aut instauratum. 2625. Is exercitum Pompeji territum, animat, ac restituit. 2712. & 2713. Aliud nihil, quàm Cæsaris exitium, quærit; ac pacisciturr. 2717. In Cæsarem, ad Pharsálum, moturô Pompejô; militem iterum animat: & jurisjurandi exemplô cæteros quoque trahit, ad jurandum. 2791.

LACEDÆMONII, seu *Spartani*, avarus, arrogans, contumax, avidúsq; potentiæ nimiæ, populus: & suî jactator, 505. 506, 507, & 510, & 511. Messeniorum gentis calumniatores. 510. Messeniis, æqua postulantibus, superbos se, & obstinatos, exhibent. 526. Iuramentô simùl omnes obstringunt se, ad Messenios eradicandos. 528. Amphíam, Messeniorum urbem, noctu capiunt 528. & 529 Crudelitérque in cives agunt. 529. & 542. In vastatione Messeniorũ, callidè moderatos sese gerunt; proprii cõmodi studiô. 533 Pugnam, adversùs Messenios, ad Fossam, ineunt: sed, ingloriam, & improvidè susceptam. 535. & 536. desperatâq; demum victoriâ, rebus infectis, discedunt 537. & 538. Juventus Lacedæmoniorum, exprobratione negligenter gestę rei, ab suis magistratibus denuò impellũtur ad pugnam. 539. Eorum, & hu-

hostium, Acies, quomodo steterint, 540. Rursus acie congrediuntur cum Messeniis : partis neutrius notãdâ victoriâ, 558. Messenios, in servitutem sese tradentes, inciviliter habent, 576. Supplices noñullos, ab Ara Neptuni Tęnarii abstractos, plectunt. 644. sed non impunè. 645. Messeniis implacabiles se Lacedęmonii præbent; recusatione Communis Græcorum omnium fœderis. 662. & 663. Qui tamen, hoc ipso nunc tẽpore, unà cum Messeniis, sub uno & eodem Turcicô gemunt jugô. 664. Lacedæmoniorum Reges, quantæ fuerint, seu potentiæ, seu potestatis. 686. Quanta Lacedæmoniorum, etiam erga Reges externos, aliósque, fuerit in responsis insolentia. 689. Lacedæmonii, ob imminutam valdè Civium suorum frequẽtiam, Uxores suas Servis suis prostituunt. 696. Indéque progeniti, qui Parthenię dicti. ibid, & 697. Terrę motu plurimi Lacedæmoniorum obtriti. 696.

*Laódice*, regina Syriæ, interfecta; non à patre suo Ptol. Philadelpho, sed ab Evérgete fratre; propter cædem sororis. 2124.

*Lapis*, à natura, pedis humani formâ indutus. 1297.

*Lapis Saturni*. 1156.

*Lásthenes*; quomodo parens dicatur, aut pater, Demetrii, Syriæ Regis. 2141.

*Laticlavia*, seu *Latus Clavus*, quid? & quorúmnam vestis? 2339. & 2340. & 2397. & 2979.

*Legatorum* (in castris Romanis) auctoritas. 2398

*Leges* duodecim Tabularum. 2336. & 2337.

# INDEX.


*Lex Julia.* 2963. & 2964.
*Lemónia,* quis è Romanis Optimatibus agnominatus; &, quánam declinationis formâ. 2971.
*Leones,* in Marmarica, Africæ regione, ferocissimi. 1658.
*Lepidus* (Marcus Æmilius, Senior) cum Q. Lutatio Catulo congressus armîs, superatur. 2538. & peregrè perit; auditâ uxoris suæ impudicitiâ, Romæ exercitâ. 2539. Hic particeps aliquo modo proscriptionis Syllanę fuit; cùm Syllam tamẽ postea pessimè odisset. 2956 & 2957. A Lucio Philippo, viro Consulari, in Senatu, ipsè Consul, acritèr reprehenditur. 2969. & 2970.
*Lepidus* (Marc. Æmilius, M. filius) Cęsarem absentem, creat Dictatorem. 2701. haud sinè facti sui invidiâ. ibid.
*Liberalitas* quorundam, à morte demum, in pòpulum Romanũ. 2353. & 2354.
*Lingua* Blasphemi hominis, minutal, ac cibus facta, volucrum. 1854.
*Longus* (auctor Græcus) recèns trãslatus in Romanam l. 1421. Bacchici horti quáisnam figuras posuerit, & imagines. 1421. & 1422.
*Loricæ Aureæ* Regum Ægypti. 1617.
*Luciferi* Calaritani causſa, utrúmne Ecclesiæ Catholicorũ probata. 2119. & 2120.
*Lucius Cornel. Lentulus,* bellò Civili inchoatô Consul; quomodo, & quánam occasione, perierit in Ægypto. 2935.
*Luc. Cornelius* Sylla. Vide, *Sylla.* infrà.
*Lucius Metellus,* Tribunus plebis, impedire Ca. Jul. Cæsarem conatus, in direptione ęrarii, 2660, à Cæsare, minîs, ac vi intentatâ, rejicitur. ibid.

& 2661. Eum poſtea Cæſar ſuîs eſt ſcriptîs calumniatus. 2662.
*Lupercalia* Rom. 2452. & 2453.
*Luſcius* (Cajus) Ca. Marii Senioris nepos, tribunus militum; à quo, & cur, interfectus? 2965.
*Lutheri* dictum, *de Fide Solâ*, ad Salutem ſufficiente; à novitio Prædicante defenſum, ac laudatum. 260.
*Lyciſci* filia. Virgo anonyma, ab Apolline Delphico, immolari ferrô Meſſeniorum juſſa. 550. eũ patre prófugit. 551. & in exilio moritur. 551. Lyciſcus autem ipſe, ad ſepulcrum filiæ capitur: & judició forenſi periclitatur. 552.
LYSIAS, vices Regis agens in Syria, pro Antiocho Epiphane, 1777 à Juda Machabæo cum copiis ſuis vincitur. 1779. Intrudit ſeipſum regiæ tutelæ, continuandæ contra Philippũ, ſucceſſorem ſibi miſſum. 1791. noviſque magiſtratibus ab Antiocho Eupátore evehitur. 1792. Ingentem rurſus exercitum, adversùs Judam Machabæum educit. 1797. & 1798. cum quo in Judæam irruit: & Bethſuram, cum aliis locis munitis, expugnat. 1798. In prælio tamen, contra Iudam, ſuperatur, magnâ ſuorum clade. 1800. De Pace igitur ineundâ cogitare incipit. 1800. quam etiam, conſentiente rege Antiocho Eupátore, cum Iuda Machabæo tandẽ facit. 1801. conditionibus utrimque tolerabilibus, ibid. & 1802. Eundem Eupátorem ab obſidione montis Sionis revocat, oratione fidâ ſyncerâque; ſed interim ſuis quoque com-

modis ſerviente. 1824. & 1825. Tumultuantes verò propterea, paullò pòſt, Ptolemaidenſes cives demitigat. 1828. & 1829. Oratione, brevi quidem, ſed gravi, Menelaum, apoſtatam Iudæum, accuſat apud Regem Antioch. Eupátorem: &, quáſnam ob cauſſas? 2049. eâque oratione promovet Menelaum, ad *ſupplicium Cinerum*. 2050. & 2051. Inſtigat prętęrea (ſi verus fuit rumor) populum Laodicenum, in cædem legati Romani, à pag. 2052. uſq; 2058. incluſ. & poſt hæc, ad diſſimulandum facinus ſuum, Legatum interfectum funere honeſtat: ſéque Romanis purgat. 2058. & 2059. nec tamen idcirco mortẽ violentam evitat; ſibi pariter, Eupatorique regi, juſſu Demetrii regis illatam, 2059.

*Lyſimachus*, apoſtata Iudæus. V. Menelaus, infrà.

*Lyſimachus*, Thraciæ rex, occiſus à Seleuco Nicátore, viciſſim vindicatur; cæde, per manus Ptolemæi Cerauni, occiſori ſuo illatâ. 2162.

*M.*

*Macedonia*, regio: quibúſnam initiîs cœperit, ac profecerit. 1109.

*Macedonicorum* regum, uſque ad Philippum, & Alexandrum Magnum, ſeries texitur: inter quos & Europus eſt. 1112. de quo vide, V. *Europus*. Macedoniæ reges, poſt mortem Alexandri Magni, uſque ad ultimum ejus regem. à pagina 1452. uſque ad 1457.

Machabæi ſeptem fratres, ac Martyres, undénam oriundi? 2026. Eorundem martyrium atrociſſimum, 2027. & 2028.

2028. Pro iisdem, adversùs Antiochum tyrannum, auctoris Apologia. 2029. & seqq.

*Machabæorum* Liber. I. & II., quómodo, & quánam de causſa, in annis numerandis, diversi videantur. 1685. & 2118. Machabæorum librum 1. & 2. esse verè Scripturam Divinam, ostéditur, à pag. 1687. & seqq. multîs. ac 2120. adversùs Sectarios, id negantes. 1607. qui refutantur à pag. 1688. usque 1699. De Primo, Secundo, ac Tertio, Machabęorum libris, quídnam; &, quo singuli ordine, vel auctoritatis pondere, suum tractent argumentum. 2156. De Tertio item, crisis stylí. 2156.

*Mácherus*, castellum. 94.

*Macrobii*, gens Æthiopũ, arcus habent, ingentis ponderis; quos Persæ nequirent tendere, vel inflectere. 998. unicô exceptô Persâ. ibidem. Bellô tentantur à Cambyse, sed frustrà. 999.

*Magistratus* perversi, peccantes in eo ipso, quod plectunt in aliis, 204. & 205.

*Magistratuum* apud Romanos partitio. 2325. & 2326. & 2327. magistratibus quibúsnam Jus Ceræ, seu Imaginum, fuerit, apud priscos Romanos. 2942.

*Manahémus*, rex, seu tyrannus Samariticus, interfector antecessoris sui, Sellúmi. 214. Impiè regnat, & crudeliter. 214. & 215. Prægnantes fœminas dissecat, & cur? 215. Idcirco Deus immittit hostẽ ei, Phulem, Assyriorum regem: quem tamen ipse fortassis, auxiliorum spe, evocârat. 216. sed grandi suô, regnique, damnô. 217. Eum igitur Manahémus conciliare si-

bi conatûr, argenti annuâ pensione grandî. 217. Ex quo deinde tempore, gravissimum argenti tributum sibi subjectis imponit; in decennium solidũ. 217. Moritur demum in impietate sua: filiúmque Phacejam habet successorem. 218.

*Manlius* (Marcus) vir Consularis, ob affectatã tyrannidẽ, saxô dejicitur. 2245. & 2246. licèt ipse, & Anseres, Capitolium quondam servâssent. 2245.

*Marcellus* (Cajus Claudius) cum Paulo Æmilio quondam Consul, postea voluntatem, à Cæsaris caussâ priùs alienâ, immutat, 2674. Ciceronique propterea, ex occulto, cuniculîsque, molestiam exhibet. ibid.

*Marcius* Coriolanus. V. *Coriolanus*, suprà.

*Marcus* Æmilius Lepidus. V. *Lepidus*, suprà.

*Marcus* Æmilius Scaurus. V. *Scaurus*, infrà,

MARCUS ANTONIUS, *Triumvir*, à Cleopatra, Ægypti regina, lascivè dementatur. 1624. & 1625. A Mariamne, Judææ reginâ, pictam ejus effigiem accepisse, ferebatur: non sinè mulieris infamia pernicio-sà. 1626. Cleopatræ gratificatur necem sororis ejus. 1628. Eandem Cleopatram ad se accersit primùm in Ciliciam. 1624. & 1625. Postea, & Antiochiam, Syriæ urbem 1628 ubi multas ei regiones donat. 1628. & 1629. cúmque his, etiam Judææ *balsameta*. 1629. Cum Cleopatra comissatur. 1629. & Armeniæ regem, à se dolô captum, eidem donat. 1630. quem ipsa postea decollat. ibid. Comitia publica agit Alexandriæ. 1631. Quæ, quan-

tas

tæ fœditatis fuerint, è donationibus apparuit; quibus Cleopatram, ejúsque sobolem, palàm populô, affecit. ibid. & 1632. Et hic ipse tamẽ à Cleopatra post hæc perfidiſsimè tractatur. 1633, usque ad suimet interfectionem; & interitum, in oculis ejus. 1634.

*Marcus Antonius*, hic idẽ, lupercus est. 2452. Cum Ca. Curione, & aliis, acriter pro C. Iul. Cæsare contendit, adversùs Senatum. 2610. 2612. 2613. &, cum iisdem, ad Cæsarem denique prófugit 2614. ubi locus, super ea re, subnubilus, explicatur. 2615. Marc. Antonius, in castris exercitúque Cæsaris, etiam Quæstor, 2649, quàm insolentem exhibere se consuêsset municipalibus hóminibus, & coloniis. ibid. & 2650. quàm turpem itẽ, infamémq; , è comitatu meretricio, 2650, maximè verò Cytheridis, seu Volumniæ. ibid. & 2651. Idem M. Tul. Ciceronem, à profectione maritima ad Cn. Pompejum, modîs multîs impedire conatur. 2673. & 2674. Marci Antonii, cum Ca. Curione, Ca. Cur. filio, nefaria quondam familiaritas. 2699, & 2700. Cæsari, relictas ab eo Brundisii, legiones adducit, magnô suô periculô, 2719, sed majore Q. Coponii, Antonium infectãtis, damnô. 2719. & 2720. Cæsarianis, in magno discrimine constitutis, succurrit. 2731. & 2746. Romæ crudeliter adversùs plebem agit. 2838. Luc. Domitium Ahenobarbum, ad Pharsalum, interficit. 2830. Cæsari, palàm populô, Regni salivam Cósul, &c. movet. 2838.

*Marcus* Aurelius Cotta, V. *Cotta*, suprà.
*Marcus* Cato Uticensis. V, *Cato*. suprà.
*Marcus* Claudius Marcellus, Consul, Ca. Jul. Cæsaris ambitioni infestus 2586. primus publicè movet Camarinam controversiæ, de diuturnitate imperii Cæsaris Gallicani. ibid. déque ea re, ad Senatum, Consul, refert. 2587. in quo, contradicentem sibi collegam habet: nec moratur. 2588.
*Marcus* Favonius, V. *Favonius*, suprà.
*Marcus* Licinius Crassus. V. *Crassus*, suprà,
*Marcus* Manlius, V. *Manlius*, suprà.
*Marcus* Tullius Cicero. V. *Cicero*. suprà,
*Mariamne*, Herodis Ascalonitæ, seu Senioris, uxor; circa Marc. Antonium audisse malè, videri potest. 1605. per totum,
Marius (Cajus) *Senior* ad plebem se, contra patricios, ac nobilitatem, confert. 3. Undénam fuerit oriundus. 2259. & à quo, primùm omniũ, protrusus ad honores. ibid. Tribunatum plebis assecutus; statim initiò perquam insolenter, & ingratè, sese gerit. 2260. exemplóque fit cęteris, post se, arrogantiæ plebejæ, adversùs Nobilitatem. 2260. Q. Cæcilium Metellum, ingratissimô, nefariôq; meritissimô, calumniatur; in Africa belligerantem, adversùs Jugurtham. 2269. eique succedens, Jugurthâ quidem potitur; sed majore Lucii Syllæ, quàm suâ, virtute. 2262.
*Marii Senioris*, quænam initia fuerint odiorum, adversùs Lucium Syllam. 2262. & 2263. Marii complures Consulatus, 2263. 2265. in

iis; diversa gerit; bellúmq; cumprimis Cimbricum, 2264. cum hostium inauditâ priùs clade. ibid. non tamen citra Q. Catuli opem. 2265. Instigat, post hæc, seditiosos quosdam viros, ad turbandam, novatione rerum, urbis, ac Reip. tranquillitatẽ, 2266. præsertim verò, adversùs Q. Cæcilium Metellum eos incitando. 2266 & 2267. quem Marius, cuniculîs dolosîs, curat urbe pellendum, & Italiâ, 2267. Idem & alios præterea seditionum conflatores, adversùs Senatum suscitat. 2268. quos tamen populus R., concursu facto, in ipsa Curia interficit. ibid. & 2269. Erga regem Ponti, Mithridaten, se salutantem, superbè agit, & loquitur. 2272.

*Marius* idem, à Luc Cornelio Syllâ prælio superatus, Minturnum fugit: & hinc, in Africam. 2279. & 2280. Quídnam in Africano illo exilio egerit. 2280. Idem, post reditum, unà cum Cornelio Cinna Romę maximam Civiũ edit cædem. à pagina 2283. usque ad 2286. Ejus crudelitati immista erat Salutandi Superbia. 2286. Idem seipsum evehit, & intrudit, in Consulatum Septimum, 2287. juxta portentum Septem pullorum Aquilæ, quondam ab eo inventorum. ibid. Ipse tamen paullò pòst extinguitur. ibid. cùm priùs, ipso primo Consulatûs sui die, quẽdam alium occidisset. 2287. *Marii* Senioris, contra factionem Syllanam, Duces. 2293. Ejus partium duces Romæ fœdam exercent, in ipsa Curia, tyrannidẽ. 2298. A Marco Tullio Cicerone

tone Marius hic, paucîs quidem, ſed gravitate plenîs, ac veritate conteſtatiſſimîs, verbîs reprehenditur. 2948.

*Marius* (Cajus) *Junior*, cujus filius? 2293. Adversùs Lucium Syllam malè pugnat. 2296. Prȩneſte obſidetur. 2297. ubi ſeipſum tandem interficit. 3302.

*Maſſilia* urbs, à Cæſarianis ſubacta. 2666. Maſſilienſes Vineæ. Vide, *Vineæ* infrà.

*Mathathias*, Sacerdos nobilis, tyrannidem Antiochi Epiphanis, cum omni familia ſuâ, declinat. 1769. & 1770. Apellem, Antiochi præfectum, ad defectionem Judæos ſtimulantem, ſimùl cum Judæo apoſtatâ, ſacrificante, interficit. 1773. & 1774. Ad Mathathiam profugũ, Judęorum utcunq; magna multitudo, religionis ſuæ tenacium, ſe conglobat. 1774. inter quos ſunt Aſſidęi, ibid. Is moritur: relictîs filiîs, pietatis ac fortitudinis ſuæ hæredibus. 1775.

*Media*, Orientis Aquilonaris Regio: ejúſque terræ-bonitas. 334. Plurimos alit Equos militares, ibid. & arbores citrias excelſas. 334. De ejuſdem terræ Medicæ fertilitate, unà cum fertilitate Bactrorum, & Hyrcaniæ. 335. &c.

*Medorum* Imperium, ſæpius interruptum; ac repoſitum. 1076.

*Medicus*, Ægyptio Regi ſuccenſens, ob offenſam; bellîs regnum illius univerſum dolosè replet. 988. & 989.

*Meditationes* S. Auguſtini, num illius ſint? 1438.

*Melanchrus*, Lesbi tyrannus, interfectus à Pittaco Sapiente. 734. & 735.

*Mello*, Vorago urbis Jeroſo-

rosolymæ; occasio seditionis, adversùs Salomonem, 66.

*Memmius* (Cajus) uxorem Pompeii Magni, anonymam, sed frustrà, sollicitat ad rem nefariam. 2511.

*Menelaus*, apostata Judæus, Simonis illius impii frater, 1760. Is sacrilegîs muneribus emit necem S. Onię Pontificis, 1761. eâq; viâ, grassatur, ac pervenit, ad Pontificatum. 1762. sed, iterum ab eodem magistratu Sacrorum remotus; ad tempus; fratrem suum Lysimachum; sibi subrogat. 1763. qui Lysimachus tamen paullò pòst occiditur, ibid. Post hunc, Menelaus etiã ipse tandem è medio tollitur, imperiô Antiochi Eupátoris; adversùs eum à Lysia incitati. 2048. usque 2052. *inclus.* Menelai supplicium, modúsque Interitûs, plèniùs describitur. 2050. 2051.

*Mercatores* Orientales, qualibúsnã plerumque mercibus olim distrahendis intenti. 2179. & 2180.

*Merodáchus*, ab Assyriorum Monarcha deficit, 714. Regnum Orientis novum sibi erigit, ibid. & nomen Nabuchodonosoris adsciscit. ibid.

*Mesa*, rex Moabitarum, Joramo, Samaritarum regi, rebellis, 175, bellô, propter hoc, infestatur, à pag. 175. usque 184. inclus. Rerum autem omnium desperatione subactus, Filium deniq; suum, publicè super murum, immolat. 181. 182, 183. 184. inclus. Quorundam, super hujus facti serie, figmentum, refutatur. 183. & 184. De filio Mesæ occiso, controversiola, soluta. 269.

*Meſſalina*, Uxor Cæſaris Claudii, cur die quodam, ad cœnam, ex more non comparuerit. 2132.

*Meſſana*, urbs Siciliæ, aliquando Zancle dicta; poſtea & Meſſene. 639.

*Meſſéne*, regina, ambitione ſuâ, cum marito occupat regionem Peloponneſi illam; quæ ab ipſa poſtea Meſſeniæ nomen tulit. à pag. 493. Superſtitioſa Sacra Magnarum (quas vocabant) Dearum, recipit: eáque per omne regnũ ſuum diſpergit. 495. hîſque initiîs, & occaſione, alia quoque Idololatriæ genera introducta, convaleſcunt. ibidem. 496. & 497. Et ipſa quoq; Meiséne regina, conſecratur poſt mortem, à Glauco rege. 496. fin. & 497. princip.

*Meſſéne* urbs, tardè admodum ædificata; poſt Regionem Meſſeniacam jam dudum florentem, 492. quomodo dici poſſit, ſub Ithóme monte fuiſſe: licèt ab eo ſpatiô ſat longô diſtans. 679.

MESSENIA, Regio Peloponneſi, particulatim deſcribitur, 490. uſque 492. inclus. Meſſeniæ regionis metropolis, ſeu urbs regia, quænam fuerit; antequam urbs Meſſene tándem exſtrueretur. 494 & 495. Meſſeniam, quinam ab initio, & poſtea, diverſîs è familiis, Reges adminiſtrârint. 497. uſque 502. Eorum regum in numero fuit & Idas; tándem fulminatus. 499. Creſphontes item, ſubdolè ſe intrudens; ſed occiſus cum ſuis. 500. Aépytus autem, filius ejus, mores paternos ſuîs melioribus emendans, proſperè regnat. 501. ejúſque tota po-

Steritas pariter. ibidem.
MESSENIACVM BELLVM unde dictum sit? 488. & , Quamdiu durârit, 486 & 487. Cur sub Unius belli, Ruinæque, nomine id describatur. 487. & 488. Messeniaco Bello multum causſæ præbet Idololatria, ac Superstitio. 502; præsertim verò, circa Fanum Dianæ. 503. Ejus Belli primas causſas aliter Spartani referunt, contra Messenios, 503. & 504. aliter, Messenii contra Spartanos. 506, usque 509. Syncerior autem videtur narratio Messeniorum. 504. fin. usque 506. princ. item 509. & 510. Messeniorum prudentia, in castris suis, adversùs Spartanos, permuniendis. 536. qua Spartanorum stultitia, jactantiá. que, confundebatur. 537. Eó *bellô* Messenii montem, & oppidum, Ithómen, incolere incipiunt. 547. Apollinem Delphicum consulunt. 550. sed, malô suó. ibid. Bellum, bene prosperéque diu gestum, contra Spartanos; ad extremũ Superstitionibus suîs corrumpunt, 562. & & seqq. Apollinis oraculô jubentur, Centum Jovi tripodas offerre. 464. sed, in hoc delirii genere, prœventi à Spartanis; de reportanda victoria despondent animum. 565. & 566. sicut & ex aliis quibusdam casibus frivolis, deterrentur à strenuè cogitatis, ac cœptis. 566. & 567. & 569 fin. & 570. Bello illo, quodá tempore, Messeniorum Canes omnes pariter urbe demigrant. 567. & 569. & 570. Desperatione demum successûs secundioris, Spartanis se dedût Messenii. 575. simúlque & Ithómen, mu-

munitionem ſuam priſtinam, ibid. Sed mox ſerviliter à Spartanis tractati, 576, ab iis denuò deficiunt; 557. idque; Andanienſe civè ejus facti duce, ibid. Vide & ſuprà, V. *Ariſtómenes.*

*Meſſeniaci Belli* Secundi; initia, à pag. 579. &c. uſque 581. Spartanorũ indè prælium, cum Meſſeniis, ad pagum Deras. 581. Prælio vincuntur Meſſenii à Spartanis, nõ inopiâ virtutis; ſed, Arcadum regis perfidiâ. 606. In montem Ejram ergo poſthac migrant. 608. ibíque pluſquam decennio ſe defendunt, 609, donec tandem, occaſione, ac ſcelere, cujuſdam adulteræ Meſſeniæ captâ Ejrâ, Meſſenii indè cuncti diſcederent. à pag. 624. uſque 638. Eos, exulatũ abeuntes, Arcades, eorum ſocii, perhumaniter excipiunt. 638, & 639. Bellum hoc Meſſeniacum Alterum, quãdiu durârit? 640.

*Meſſeniacum Bellum*, numerô *Tertium*. 644. & 645. ortũ. Meſſenius à Lacedæmoniorum in ſe imperiô rurſus deficientibus, 645, contrãque Spartanos, etiam extra Peloponnéſum, bellantibus, 646. Meſſenii poſthac Oeniadum urbem occupant, 647. ſed indidem expelluntur, prælio ſuperati, 648, & 649. irreconciliabiles ſunt Spartanis. 650. quos etiam lapidibus obruere conantur. 651. Navalî denique pugnâ ſuperati, diverſas in terras diſpergũtur Meſſenii. 652. E ſuperſtitioſis nihilominus Somniis denuò ſpem concipiunt; Meſſeniam ſuã Veterem recuperandi, 653 & 654. quę, ſomnia fuiſſe Sathanica, viden-

tus

tur. *ibid. utrâque pag.*
In Religionibus universim Messenii fuêre, vel nimii, vel præparci. 665. &c. id, quod docent eorum immoderatę Superstitiones. 665. & 666. Contemptum autem religionum omnium, convincunt ea, quæ gesta sunt ab iis, contra sacra Castoris, ac Pollúcis. 667. usque 670
*Metellus* (Quintus) *Numidicus*, Ca. Marii Senioris callidâ machinatione pellitur in exiliũ. 2267. & ab exilio revocatur, maximo cum honore. 2269. etsi Mario multùm invito, ac renitente. ibid.
*Methóne* urbs, non una. 1289. Ea verò, quæ in Messeniis est, hodie *Módona* dicitur. 1289.
*Metropolis*, Thessalię urbs, Cæsari se dedit. 2778.
*Michaël Paludanus*, in sua Chronologia Theologica, notatur. 450. & 451. & 453. & 459.
Militia *Romanorum Veterum*, à pag. 2362. Militiæ Romanæ primus annus, in adolescentibus. 2362. Tironum militiæ Romanæ rudimenta. ibid. De Tironum, ac cæterorum militum Romanorum exercitamentis, Palaribus, Salitionibus, Saltibus, Justo itinere, &c. à pag 2362. usque 2367. inclusivè. Militum, in agmine, & expeditionibus, onera gravia, portatúque difficillima, 2366. & 2367. Ubi & de Utensilibus eorum, singillatim. 2367. & 2368. Eorum occupationes, ac labores, incredibiles. 2368. & 2369. in castris maximè ponendis; & in oppugnationibus urbium. 2369. 2370. & 2371. Inopia eorum in castris, & summa frugalitas. 2372. De eorum Testudinibus

bus castrẽsibus aliquid. 2370. & 2371. Eorum stipendia, peranguſta. 2372. quæ tamen paul. latim laxata ſunt, poſteriorum belli imperatorum indulgentiâ, 2372. fin. & 2373. Victus militum: & prandia, cœnæ, panis, farina, puls. 2373. & 2374. Potus eorum, & pocula. 2375. Eorum Poſca, quid? 2375. item Paxamádes eorum. 2373. fin. Eorum habitatio, cubile, lectus, menſæ, in caſtris. 2375. Excubiarum labores. ibid. & Vigiliæ. 2376. Fraxationes. ibid.

*Militiæ Romanæ* militum genera, & partes. 2379. & ſeqq. ubi, de Velitibus, Haſtatis, Principibus, Triariis 2379 & 2380. Triariorum nomina varia. 2380. Sexcenti in quavis Legione Triarii. 2381. Militum Romanorum, pro diverſitate, diverſa Partium diſtributio: & Armatura. 2381. & 2382. & 2383. & 2384. Singularum Partium, Duces & capita. 2381. & 2382. De Equitibus Cinctulis (trabeatis) & Clibanariis. 2382. & 2383. De Scutis eorũ, caſſidibus, pharetris. 2383. Equitum diverſę ſpecies, & appellationes. 2384. De Contuberniis militum, Centuriis, manipulis, cohortib⁹, 2385. & 2386. De Legionibus; earúmque Tribunis. 2386. *per totum*. Quótnam in una Legione milites. 2387. quot in una expeditione Legiones. 2387 & 2388. Exercitus Juſtus quis olim dictus, & habitus? & quot militum? 2389. Signa, vexilla, aquilæ, lábara. &c. à pag. 2389. uſque 2394. Diſtinctio Inſignium; & cultûs corporis, inter gra-

gradus Ductorum militiæ Romanæ. 2394.

*Militiæ Romanæ* ordo egressionis è castris: & præsertim, ad prælium committendum. 2409. usque 2413, exclusivè. Egredientium in aciem arma. 2413. usq; 2416. includ. & ornamenta cristarũ. 2413 & 2414. Signa ante prælium; & maximè, canora. 2411. & 2412. Scuta. 2413. Galearum diversæ cristæ. ibid. & 2414. Equitum, pro eo tempore, armaturæ. 2416. Acies Romanorum, 2417. & 2418. Ejus dispositio. 1418. Concursus in Acie: concurrendique series. 2421. & 2422. Acierum, pro diversa occasione, diversæ formę. 2422. & 2423. Prędmia, donáque militaria, post rem bene gestã. 2424. usque 2427. Coronæ militares diversi generis. 2425. & 2426. Prędmia alia, & immunitates, claris bello viris tributæ. 2427. promotionésq; militum, fortiter agentium, ad altiora. 2428. ductorum item militarium stipendia, proportione servatâ, majora, vel minora, 2428. & 2429. Stipendia verò militum (etiã gregariorum) ad diem præfinitum; contra morem sæpe temporum, etiam hodiernorum. 2429.

*Militiæ* Romanæ Justitia, in Castris, administrata. 2429. usque 2436. *inclusivè*. Castigatio militum, per Centuriones, *fuste*, diversi generis, ac materiæ. 2430. ubi & de *Vite*, Centurionum Insignî pariter, & Instrumento castigationis. *ibid.* Pœnæ militum generis cujusdam mitioris. 2430. & 2431, ubi & de Ignominiîs, *utrâque pag.* De mulctis,

2431. De militum Suppliciis Capitalib⁹. 2431. déq; certis quibuſdam criminibus, quæ Capitali ſupplicio, omni priſcô Jure, cenſerétur obnoxia. 2431. & 2432. & 2433. Furtorum rapinarúmq; gravis pœna. 2433. & Impudicitiæ, ſuprà, quàm ab Idololatris legislatoribus exſpectares. ibid. Scortorum è caſtris proſcriptio, & ejectio. 2433. & 2434. ubi & de Severitate hujus generis cõmẽdabili Germanorum Impp. 2434. Uxorum, apud Romanos, ad caſtra diu nulla fuit admiſſio, 2433. nec famularum. ibid. Impudicitia certi cujuſdam generis, punita fuſtuariô lethiferô. 2435. cujus Fuſtuarii (delictis etiam aliis imponi ſoliti) *modus immodicus* deſcribitur. 2435. De pugnátibus extra ordinem, ſecurî feriri ſolitîs. 2435. & 2436.

*Milliarium Aureũ.* 2334.

*Milo* (Titus Annius) Publ. Clodium interficit. 2578, improſperéque defenſus, in Judicio De Cæde, à Ciceronе patronô, 2579, exulare compellitur. 2580. A C. Jul. Cæſare Dictatore, cæterîs Exulibus omnibus reſtitutîs, *Solus ipſe non reſtituitur.* 2704. Et in Italia demum (cùm eô ſe, invitô quoque Cæſare, recepiſſet) perit. ibid. Quantô conſenſu fuerit à Iudicibus condemnatus, in Iudicio Clodianę cędis? & quorúmnam pręcipuè culpâ. 2972. quis eum tunc abſolverit. ibid.

*Mithridates*, Pergaménus, Ca. Iul. Cæſarem, bellô Alexandrinô, ſtrenuè juvat. 1609. uſq; 1612. incluſ.

*Mithridates*, Ponti Rex, cogi-

cogitur à Romanorum injuriis, & ſuperbiâ, adversùs eos ad arma proſilire. 2272. & 2273. Exercitus illius, primâ belli præparatione, & apparatus ejus, quátus fuerit. 2273. & 2274. Conflictu cum Romanis, ſuperior evadit. 2274. & aliquouſque cleméter tractat victos. 2274 paullatim deinde ſeveriùs. 2275, ac Romanorum immenſam cædem per Aſiam edit. 2275. nec, ad hoc, aliũde, quàm à propriâ crudelitate, inſtigatus. 2276. Ejus Epiſtola, ſicut acerrima, ità pariter & veriſſima, adversùs Avaritiam ac Perfidiam Veteris Romæ. 2467. 2468. & 2469.

*Moabiticum* bellum, inter reges, Meſam, & Joramum &c. à pag. 176. &c. uſque 184.

*Monarchiæ*, ſeu Imperii, *Romanorum*, annus primus, quis. 2835. Rebus Chriſtianis tandé, quàm Reſp. Romana Vetus, utilior: & cur? 2937.

*Mons-Móriæ*. V. Mons Sion.

*Mons-Sacer*, in quem à Romanis ſeceſſum non ſemel fuit: ubínam fuerit? 2941.

*Mons Sion*. V. *Sion*, infrà.

*Moria-Mons*. V. Mons-Moria, ſuprà,

*Mulier pulcra*, ſed *fatua*, & nequam; quídnam, Diogenis Cynici judicio, ſit. 1239. Mulieris ſceleratæ epitheta, ac tituli, per congeriem. 1637. Mulierum Romę diverſarum, amictus diverſus. 2341. & 2342. Mulierum, Romæ infamium, multitudo quondam, loca, tempora, diſcrimina, &c. 2505. & 2506. Cætera vide V. Impudicitia Veteris Romæ. ſuprà.

*Mulleoli*, quódnam Calcco-

ceorum genus: &, quorum hominum. 2339. & 2340.
*Mumiæ* cadaverum Ægyptiorum. 1438.
*Mundus* (Decius). Vide, Decius. suprà.
*Mures* agrestes, fugâsse Sennacheribum, Assyriorum regem, perhibentur; &, cum eo simul, exercitum illius, ex Ægypto. 379. usque 382. Paginâ item, 454. & 455.
*Mutia*, Pompeji uxor: utrum éadem cum Metella? an verò diversa, 2984. Reliqua, de *Mutia*, vide, V. *Pompejus*, sub initium, &c.
*Mystagógus*, apud Græcos Siciliêses, quônam munere fungeretur. 2174.

N.

*Nabuchodonósores* tres, distincti. 714. & 715. Quinam ex illis propriè Magnus sit dictus? 715. Eorum stirps, ac genus. 714 & 715. & 716. Nabuchodonósoris Magni Ruina, è culmine Sapientiæ in Dementiam. 727. non tamen fortassis & in Gehennâ. 738. Nabuchodonosoris Magni uxor, Nitócris. 874.
*Nadábus*, Jeroboami filius, patris & impietati succedit, & regno. 143. Interficitúrque à Baasa successore. 144.
*Nanæa*, Dea; Persarum Venus, 2095. ambitiosè, stultè, & avarè, ab Antiocho Sidéte, Syrorũ rege, in conjugiũ expetita, 2096. & 2097. sed expetitoris festinatô interitu. 2097.

NARRATIONES.

*De* interitu *Jezabélis*, reginæ Samaritanæ, à pag. 193. usque 197. inclus. De interitu quoque totius Achabææ Domûs. ab 198. usq; 201. *Spartanorum*, de Messeniis, narratio. 503. & 504. in-

inclusivè. *Messeniorum*, contrà, de Spartanis, enarratio. 506. usq; 509. inclus. De *Evæphno*, Spartano, nefario homine, armentum alienum vendente, per abactorem: & indè belli maximi flammam suscitante. à pag. 513. usque ad 527. & ultrà. De *Aristodémo* Messenio, filiam suam Diis falsis immolaturo, 553, eámque tandem crudeliter interficiente. 555. De *Aristómene*, duce Messenio, virgines Spartanas capiente; eas intactas servante; parentibúsq; demum restituente. à pag. 594. usque 597. De *Salisto*, nobili tribuno militum; scelera militiæ castigáte. à pag. 599. usque ad 604. inclus. De *Aristomene* rursus, duce Messenio, in carcerem Spartanum præcipitato: miróque indè fortunæ industriæque beneficio, se expediente. à pag. 613. usque 619. De *Ejra*, monte, & arce, Messeniorum, occasione fœdi adulterii captîs; ac penitùs amissîs. à pagina 624. usque ad 638. inclus. De *duobus Messeniis* adolescétibus, Spartanorum Sacra sacrilegâ fraudulentâque crudelitate turbantibus. à pagina 667. usque 670. De *Holofernis*, ac *Judithæ*, actis, compendiosa relatio. à pag. 718. usque 725. De *Ægyptiis*, Nilo obrutis. 726 & 727. De Ægyptiorum regis, *Apriis*, interitu. à pag. 727. usque 731. &c. De *Alexandri Pheræi*, tyranni simul, ac Sodomitæ, crudeli interitu. 860. usque 863. Denso quoque numerô *Narrationes* De *Regibus Persicis* congeruntur, à pag. 1046. usque 1064. inclusivè. De *Asino*,

*sino*, qui ruditu suo dedit occasionem Victoriæ in manus Ambraciotarũ, adversùs Molossos. 1151. usq; 1153. incluſ. De *lupo*, qui sacrilegum templi expilatorẽ devoravit. 1153. usque 1155. incluſ. De *Lapide Saturni*, è gentilium fabulosâ mythologia. 1156. usq; 1161. De *S. Hugone Lincolniensi*; concubinæ cujusdam regiæ cadaver simul, ac sepulcrum, cõtemptim tractãte, 1641, usque 1644. De *Gomphis*, urbe Thessalicâ, à Cæsare expugnatâ. à pag. 2773. usque 2775. incluſ. De cætero, Ruinarum ipsum opus universum, est *diegeticum*.

*Neccaónes*, Ægypti reges, duo, ac diversorum temporum. 873.

*Nectanébus*, magus Ægyptius, Jovis Ammonis arietinàm indutus formam. 1336. Vide etiam V. *Olympias, reg. Maced.* Utrum Ægypti rex fuerit, Olympiadis corruptor ille; non immeritò dubitatur. 1425.

*Neda*, fluvius Messeniæ, 624 ejus in ripa, caprificus arbor stetit; superstitiosæ cujusdam persuasionis materies. 634. & 635.

*Neptuni Tenaria* ara; reorum asylum, 644. & 645. *Neptunus Tropæus*, quis fuerit, 2101. & 2102. Ei Sacrificium fit Piscium. 2102. & cur? ibid. &c. De ratione nominis Tropæi plura habes, pag. 2184.

*Nero* Cæsar, templum Delphicum grandi rapinâ vexat. 1148.

*Nesroch*, Sennacheribi, regis Assyriorum, Deus. 341.

NICANOR, Dux Antiochi Epiphanis. adversùs Judam Machabæum. 1777. arroganter sibi pro-

promittit victoriâ. *ibid.* ídque, mercatoribus etiam accersitîs: qui Judæos, bellô superatos & prælio, emerent. 1778. sed exspectatione suâ multùm dejicitur. 1778. Iterum missus in Iudæam, à Demetrio Soteré; valde terret Ieroſolymam. 1838. Insidias tendit Machabæis fratribus. 1839. ac Iudæ quidem, frustrà. 1840. Simoni verò, non sinè aliquo utrimq; tumultu. 1840. & 1841. Tandem tamen aliquando seriò cum Iuda pacem, ac fœdus, init. 1841. & 1842. quem & ad nuptias amplectendas impellit. 1843. Ob nimiam interim cum Iuda familiaritatem, accusatur apud regem suum Proditionis meditatæ. 1843. & 1844. qui mandat Nicanori, novum à Iuda Machabæo dissidiũ. 1844. ídque Nîcanor exercet, usque ad internecinum, in Iudam, odium. 1845. eúmque, se subtrahentem insidiis illius, solerter, ac minaciter, omnibus locîs inquirit. 1845. templóq; Dei, propter eum, extremum intentat excidium, ibid. & 1846. Iudam denuò, subdolè tẽsís insidiîs, à se vehementiùs alienat. 1846. & cum eo, notabili cum clade sua, certamen miscet. 1847. sed, in fugam actus, furorem suũ rursus effundit adversùs Templum, factîs, ac verbîs. ibid. & 1848. Razíam, virũ è Iudæis primarium, violentiâ illâ suâ, impellit, ad mortem spontè sibi inferendam. 1848. Post hæc, diem Sabbatinum deligit, ad pugnam, contra Iudæos, ineũdam. 1849 frustráque dehortantibus ipsum Judæis, *ibid* cum contemptu Dei, Sabbatum

tum præcipientis, obfirmat pugnæ mentem, & ardorẽ, 1850. ac denique prælium init, cũ incredibili exercitûs sui clade, 1853, & ipse quoque cadit, 1853. cujus cadaver membratim, magnîs, ac meritissimîs, ludibriîs afficitur. 1854.

*Nicias* (Curtius) domô Cn. Pompeji Magni, ejusdémque familiari usu, cur exclusus? 2511.

*Nitócris*, uxor Nabuchodonósoris Magni: regníque vicaria gubernatrix. 874.

*Norbanus* Consularis, desperatîs Marianæ factionis rebus, ex Italia Rhodũ prófugit, 2300. ibíque seipsum interfecit. 2300.

*Novercarum*, ac Privignorum, nuptiæ, à S. Paulo graviter increpitę. 2121. & 2122.

*Nuptialis Pompa*, convertitur in cruorem, cædẽ, luctum. 1863, & 1864.

&, quâ de causâ. 8628. & 8633.

O.

*Ochozias*, rex Samaritícus, filius Achabi regis impii impius, 171. Deficientem ab obsequio suî regem Moabitarum experitur, 171. & interitum suæ Classis auriferæ. ibid. ac 172. Delabitur in cœnaculũ &c. è solario. 172. indéque gravissimô afflictatus morbô; non ad Deum, sed ad Cacodæmonem, remedii caussâ, se confert. 173. cujus legati tamen à prophetâ Eliâ præpediuntur, ab ulteriore progressu. 174. ipséque rex, coràm reprehensus ab Elia, in doloribus exspirat, infeliciter. 174.

*Ochus*, Persarum rex, 898. Dariæus postea dicivult. 898. & tandem Darius simpliciter (cognomentô tamen, Nothus

